



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 84. Judicium Cameræ Imperialis a Maximiliano Imp. institutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.
A. C. 1495.

§. LXXXIV.

Judicium Cameræ Imperialis a Maximiliano Imp. institutum.

Hoc anno in Comitibus Imperii Wormatiæ celebratis Maximilianus Imperator supremum Cameræ Imperialis judicium instituit, ex consilio Bertholdi Archiepiscopi Moguntini, qui firmum fixumque tribunal erigi maxime necessarium duxit, eo quod ipse diu Archicancellarii munere in Imperio functus vidisset, summa cum litigantium molestia causas protrahi. Igitur hoc judicium primo Norimbergam anno salutis millesimo quingentesimo primo, ac secundo post anno Ratisbonam in Bavaria inferiore translatum est, postea anno millesimo quingentesimo nono Wormatiæ denuo institutum, inde vero quarto post anno Spiram, ac tertia vice anno millesimo quingentesimo vigesimo primo Wormatiam, & post tres annos Eslingam, tandem vero anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo Spiram translatum est, ubi hactenus viget, Carolo V. firmum, stabilemque illius locum anno millesimo quingentesimo trigesimo ibidem decernente. Vi Pacis Westphalicæ huic judicio præfunt Judex religione Catholicus, & quatuor præfides, duo Catholici ac totidem Pro-

*Serrarius
hist. Mogun.
lib. 5.*

Protestantes, præter quinquaginta Con-
 fularios, quorum viginti sex Catholici, Sæcul. XV.
A.C. 1495.
 viginti quatuor vero Protestantes sunt.
 Judex, qui Princeps aliquis seu Comes,
 seu Baro esse debet, nec non quatuor
 Præsides, quorum duo Sagi, ceteri to-
 gæ dotibus eminentes sint, ab Impera-
 tore nominantur. Hodierno autem tem-
 pore horum Ministrorum numerus decre-
 vit, solusque Elector Trevirensis, utpo-
 te Spirensis Episcopus, hujus tribunalis
 Judex salutatur, nec plures quam duo
 Præsides, unus Catholicus, alter Pro-
 testans, & quindecim Consilarii, octo
 Catholici, & septem Protestantes nume-
 rantur.

§. LXXXV.

Gallorum res in Italia inclinatae.

Interim continuo in Italia tumultus fer-
 vebant, & Gallorum res de die in diem
 semper magis pessumibant; Neapolitani
 enim seditione mota Ferdinandum in sua
 Metropoli receperunt, Papa etiam tan- Guic. lib. 3.
Belc. lib. 7.
 topere Gallis indignabatur, ut Genuen-
 sibus, ne ulli Franciæ Regis navigio
 transitum concederent, interdiceret;
 Veneti quoque, cum rebus suis hoc bel-
 lum sat propitium esset, diffidia fovere
 satagebant, quibus accessit Ludovici
 Sfortiæ Mediolanensium Ducis perfidia,
 &